



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

2. Dies Octob. Domiuetur vitiis ratio, subjiciatur corpus animo, & impleta
est tota hominis perfectio?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

2. DIES OCTOB.

Dominetur vitiis ratio, subjiciatur corpus animo,
impleta est tota hominis perfectio? *Prosper. l. 1.*
Vir. contemp.

Perfe-
ctio.

I. **H**Actenus in hunc unum collineamus scopum, ut declinares à malo, & faceres bonum. Objectioni declinanda vitia, & quæ ex vitiis oriuntur peccata: deinde facienda, sive virtutum exercitia, & quæ illis comparantur, animæ ornamenta. Illa mala si fugias, hæc bona si facias, non tantum eris bonus, sed in omni bono perfectus. Quia vitiis exterminatis dominabitur Ratio, illa dominante, erit animus Dominus corporis, & hæc est tota perfectio hominis. Ad hanc perfectionem, deinceps erit labor meus, Intellectum instruere, Voluntatem accendere. Nos in multis accusamus naturam, in plurimis condemnamus fortunam: utraque innocens est humane conditioni, imò ambæ liberales. Fortuna ita sua distribuit, ut nulli non tribuat. Illud est mirabile, & miserabile, cum plerique maledicant Fortunæ, omnes tamen ament fortunas: Major culpa aliquorum Philosophorum fuit, culpæ Naturam, quasi homines non agnoscat filios, sed privignos; quos si non odium, fastidium novercarum negligit. Cætera animalia diligentius, dices curasse, consentanea, omnique quodque suppellectili, ab ipso donavit ortu: solum hominem imbellem, nudum, indignum, inertem, debilem reliquit. Sed si omnia nobis dedisset Natura, quid daret nobis Ratio? Hoc majus beneficium

Octob.

illi debe
jam libeII.
prodiga
non est
falcatos

Leoni;

da calces

bus arcu

mos, ut

faceis:

que ami

telis, p

lum cere

& prote

animum

sunt. A

blandim

Natura

homo,

dos offe

rare loc

quod he

instruxi

dominu

apparat

animi p

valet.

tur om

III.

suppec

tantum

illi debemus, quod noluerit liberalis esse, hoc ipso
jam liberalis, & virtutis suæ memor.

II. Non fuit in homines Natura nec avara, nec
prodiga: nulli quod necesse est, denegat, nec quod
non est necesse, erogat. Fateor, non homini dedit
falcatos dentes, ut apro, nec uncinatos ungues, ut
Leoni; non solidos, & missiles ut equo, quibus fun-
da calces sunt: non pellicea tela, ut hystricibus, qui-
bus arcus, & pharetra, cutis est; non trasatiles do-
mos, ut testudini: non loricas cuticulares, ut te-
staceis: non muros spiculatos, ut echinis: non deni-
que amicit setis, spinis, plumis, corticibus, crustis,
testis, pilis; sed exermem, exutumque reliquit. So-
lum cerebrum; caputque inter humanos artus textit,
& protexit, quasi reverita in arce, ac capitolio suo
animum: quo integro, & curato, omnia in tuto
sunt. Animus præponderat solus tot illecebris, tot
blandimentis, tot curis, quibus foetus suos reliquos
Natura mulcet, fovet, & favet. Quidni hîc dixerit
homo, quod olim M. Curius, qui ingens auri pon-
dos offerentibus recusavit, dicens: Malle se impe-
rare locupletibus, quàm esse locupletem. Ita, non est,
quod homo invidet aliis animantibus, quæ Natura
instruxit tot dotibus: præstat nudum, & solo animo
dominum esse Naturæ, & Fortunæ. Absque magno
apparatu habet homo, quæ omnia habent. Unum
animi pignus, cunctorum divitiis animantium æqui-
valet. Huic si subiciatur corpus, & hic Deo, frui-
tur omni, quod potest optare, bono.

III. Ut porro hoc assequatur, suggero consilia,
suppedito præsidia. Ad hoc imprimis opus est, non
tantum duce, sed & comite, imò & pedissequa
Gratia,

Gratia, sine qua omnis nostra ad perfectionem
est devia. Cum hac igitur certum est dari aliquam
artem, qua animus corpus subijciat sibi, se nulli
Deo. Cadit sub disciplinam aliquam, volendi,
nolendi modus, ut fabricemus columnen in di-
mine, fortunam in infortuniis, tranquillitatem
tumultibus, gaudium in tormentis; atque adeo
venimus Fortunam, & Naturam, omnibus, quibus
nos cruciant instrumentis. Ludi, spectacula, mu-
sica, convivium, infirma sunt artificia dolori, & ad
sibus placandis. Hæc, & alia adhilarandi organa
non possunt esse, nisi ad tempus obstacula, non an-
dota: possunt ægritudinem suspendere, non exor-
re: præsto, sub manu, imò sub sinu, est pharmakon
miseriæ, in pharmacopolia animæ. Instrumentum
instrumentorum, manus est: Aristoteles illam dixit
organum ante organa: quia sine manu nostra
manca sunt cætera, & inutilia, quippe inertia, ex-
mia, nisi artus spiritu, & motu animet humana de-
tera. Transtulit illam laudem ad Mentem Galenus,
quod artificia invenerit omnia, & dirigat, ipsamque
manuducat. Temetsi parum potest Mens sine Vo-
luntate, illa quidem suggerit faciendâ, hæc præcipit,
ut faciat. Supplet Voluntas, quæ dare Natura vo-
beret, Fortuna posset, Ingenium dedit: plus dedit
libertate sua, quàm liberalitate Natura, quàm pro-
digalitate Fortuna, quàm solitudine Industria.
Dedit omnia, cum dederit nullius egere: dedit plus,
quàm possit dari: Sed nos miseri amamus nosmet
miserias, dum voluntatem maligno amandi, & abo-
minandi usu in nosmetipsos armamus, & ferociter
cogimus. Nihil usitatiùs homini est, quàm velle,

nihil in
tas hum
ad ma
no veri

Und

Hæc ef

nis c

Cogniti

fu.

Pruden

ra ne

(1) M

tam so

operet

plus ex

certon

talibus

quibus

(1) C

te Fulg

perfe

Perfe

perfe

deprin

tit. C

aperiu

quàm

deteg

(a

2. Qu

nihil

nihil inusitatis, quàm bene velle. Récurrat Voluntas humana ad Divinam, ut fontes ad flumina, & hæc ad maria, & erit Divina. Enimverò, nihil hoc carmine verius :

Undique per montes currunt ad flumina fontes.

3. DIES OCTOB.

Hæc est in omnibus sola perfectio, suæ imperfectionis cognitio. *S. Hieron. epist. ad Theodoret.*

Cognitio I. **N**ULLUS tam est catus, sit licet Cato, in quo non plus requiratur, quàm reperiatur Prudentiæ; Nemo est tam sapiens, quin plura nesciat, quàm sciat: ut benè Sidonius: (a) Nullus scit, mihi crede, quanta nesciat. Nullus tam solers, quin in pluribus hallucinetur, quam rectè operetur. Denique nullus adeò est perfectus, quin plus ei Virtutis desit, quàm adsit. Illud nimis quàm certum; hic inter mortales, ex mortalibus, cum mortalibus, nihil est perfectum. (b) Nulli fuere tales, in quibus nihil ipsa desideraret Integritas, inquit Arnobius: (c) Omnis enim perfectus, perfectione est indignus: ut sci- tè Fulgentius. Magna tamen est Perfectio, suæ imperfectionis cognitio. Suffragatur mihi D. Leo. (d) Perfectorum justitia est, ut nunquam præsumant se esse perfectos. Hæc tuæ imperfectionis cognitio, elatos deprimat, inflatos extenuat, contumaces Deo submit- tit. Quàm multæ nobis per eam naturæ necessitates aperiuntur? quàm multa nobis pericula patefiunt? quàm frequentes mundi technæ, & dæmonis strophæ dereguntur? Hæc ante oculos posita, non sinunt nos nobis

(a) Carm. 9. (b) L. I. (c) Ad Monin. l. I. (d) Ser. 2. Quadr.